

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Johannes Frisius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Sexta, Quando Mundus Cooperit**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756642094>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Dav. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

Rostock un 1601

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS

CHRISTIANÆ,

*EX P. MORNAEI, DE
EADEM LIBRO,*

Sexta,

QVANDO MVNDVS
COOPERIT.

Quam

DEO DVCE ET AVSPICE
PRAE S I D E
EILHARDO LVBINO,

In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur

I OHANNES FRISIVS,
Neostadianus.

Hora & loco consueto.

ROSTOCHII

Eximebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. C. I.



ΣΤΝΘΕΩ,
DISPUTATIO VI,
QVANDO MVNDVS COE PERIT.

I.

MVndum cœpisse priori disputatione probatum est; sequitur de duratione ejus, quam quinque milie annos non excedere mundi historia demonstrabit.

II.

Cum autem partes mundi in mutuos usus sint comparatæ, quidquid de terra idem & de cœlo, & quidquid de homine, idem & de terrâ demonstratum fuerit.

III.

Nihil autem mundo antiquum esse omnium etiam antiquissimorum origines probant, quorum primo occurunt scientiæ, Ethica & Physica, quam à Græcis Romani, Græci Plato Eudoxus Pythagoras ab Ægyptijs, hi à Trismegisto, qui à Mose didicit.

IV.

Nec Astrologia antiquior, quam Thales ab Ægyptijs, hi à Chaldæis, Iudeis & Phænicibus. Et quæ Thaletis & Pythagoræ tempore adhuc rudis vix Eclipses Solis & Lunæ, ursam, hesperum vel Phosphorum, Zodiaci obliquitatem, Lunæ mensuram motum observarat. Sphæra inventa ab Archimedæ, Planetarum Theorica longè post. Anni ratio ante Iulium Cæsarem incerta, horologiorum nullus usus. Arithmeticæ & Geometriæ Theorematæ Pythagoras, Plato, Eudoxus, Euclides invenerunt, quorum prima initia à Mercurio & Mose.

V.

Nec artes vitæ necessariæ multo antiquiores, quarum inventio Varronem vix milie annos antecessit. Constat enim quando ignis omnium artium basis inventus sit.

VI.

Nec Medicina antiquior, cuius initia rudia & manca ab Aesculapio, Arabo, Podalirio, Machaone inventa, solertia Hippocratis propagata & in artem contracta, ad nostram ætatem usque

A 2 paula-

paulatim creverunt. Et quæ Ars ducentis ante Christum annis Romæ inusitata ex Græciâ orta est.

VII.

Neque leges Politicæ antiquiores. quæ scriptæ natæ sunt ex non scriptis, & quas nostri lcti à Tribonianis, hi à Scævolis & Africanis, hi denique ex 12. Tabulis hauserunt, quas Romani à Græcis, Græci autem legum latores Solon, Draco, Lycurgus illas ab Ægyptijs, hi à Mose didicerunt.

VIII.

Nec imperia adeo antiqua. Nam ab Imperatoribus paulatim ad Reges & Regulos deducimur, quorum primus in historijs Ninus, ante quem Nimrodus, ante quem singularum familiarium & pagorum erant judices.

IX.

Nec Dij gentium antiqui. Nam antiquissimus omnium Deorum Iuppiter Hammon Cham fuit. Iupiter autem Belus Nimrodi erat filius. Cretensis autem Saturnus & Iupiter longè posteriores paullo ante bellum Trojanum vixerunt.

X.

Commertia etiam sunt recentia. A nummo enim, qui commertiorum vicarius, aureo ad argenteum, argenteo ad æreum, æreo ad ferreum, mox ad libram & pondus, hinc ad permutationem mercium deducimur, ante quam fuit aurei seculi omnium communitas. Navigatio etiam prima in sinu Arabico instituta, mox à Tyrijs tentata, in vicinis insulis exemplari ab Archetypo arcâ defumto.

XI.

Victus etiam & habitatio commodior quando singulis gentibus cæperit, notum est, quæ initio in speluncis viventes, & ferarum instar arborum fructibus inhiantes, commodiris vita vietusq; inventoribus divinos honores decreverunt; & initio ut Nomades vixerunt, mox mapalia, postea casas, inde tentoria, denique villas pagos, oppida & urbes condiderunt.

XII.

Historiæ etiam gentilium bis mille annos non excedunt initium facientes ab antiquissimo Nino, qui Abrahami vixit tempore, vel Inacho, qui vixit tempore Mosis & Amasidis, quarum diuidia

midia pars ad bellum usq; Trojanum , vel etiam ad primam Olympiadem fabulosa est. Quin etiam Chaldaeorum observatio-nes, qui antiquissimam antiquitatem ja&tabant, cum Mose conspi-rant.

X III.

Literas etiam Latini à Græcis, Græci à Barbaris & Phæni-cibus didicerunt , hi à Mose & patribus , quæ primò arborum li-bris corticibus & folijs , mox Papyro Ægyptiacæ , inde mem-branæ & chartæ inscribebantur.

X IV.

Cum ergo cæperint illa , & quidem circa locum & tempus in sacris litteris expressum, quibus mundus & homo carere non potuit, certè etiam mundus & homines cœperunt.

X V.

Nec est, quod obijcias mundum jam omnibus locis cultum esse, cum ante centū annos magna sui parte incognitus & incultus fuerit, & etiamnum multis sui partibus adhuc sit incognitus & in-cultus.

X VI.

Sic, si à centro, nempe monte Caucaso , ubi arca subsidebat, ob-serves ab occidentali parte incognita fuit Cæsari Germania, Alexandro Magno Italia , Gallia , Hispania, ante bellum Tro- num, & sub Orpheo & Amphione Græcia.

X VII.

Ab Orientali parte India ultra Gangen incognita fuit, vix vi-sa Taprobana, Africa circumnavigabilis Romanis ignorata , Ra-ro ultra Gades excusum, ratio æstus maris ignorata, Australis & Septentrionalis terra polaris totis quatuor monarchijs prorsus inexplorata. Vnde satis patet à cētro dicto paullatim homines in-terrā undiq; effusos, & per duces & colonias derivatos, cui quo viciniores eo antiquiores, quo remotiores eo recentiores populi.

X VIII.

Sic invenimus historiā duce centro vicina ad occasum regna antiquissima primarum Monarchiarum Assyriæ, Persiæ, Ægypti, Græciæ, Italix, Galliæ, Germaniæ, Hispaniæ, cuius incolæ recen-stissimè Americam detexerunt. Sic contra à centro versus or-tum Persæ, post quos Indi orientales, Chinæ, Tartari Cathaini, America, Hispania nova, Peru, Brasilia, terra Australis.

XIX.

Vt autem versus occidentem ultimæ à centro regiones Bar-
baræ sunt ut Lapponia, Irlandia, Gronlandia: sic à centro ad ori-
entem Americæ ultimæ regiones, Peruvia, Canada, Brasilia.

XX.

Quo autem quæquæ ab utrâque parte vicinior centro, hoc
antiquiora monumenta habet, in Germania quam in Scotia,
in Italia quam in Germania, in Græcia quam in Italia, in Ægy-
pto quam in Græcia: ut ab oriente, in Hispania novâ quam in Pe-
ru, In Chinarum regno, quam in Hispania novâ.

XXI.

Colonias etiâ à centro ad septentrionē deduxerunt, Cimbri,
Gotthi, Hunni Vandali, qui auëti partes Europæ longè & latè in-
undarunt: ut ab altera parte Indi ad Chinas, hinc in Novâ Hispaniâ
per fretum Anianū, hinc per Isthmum Darienum in Pureviam &
Brasiliam.

XXII.

Quod autem à Boreâ versus nos potissimæ coloniæ dedu-
ctæ sint, antiquiores & magis notæ sint, ratio est, quia eo centrū
magis inclinat. Vnde tardius detecta Africa. Cujus maritimum
littus Colonæ Didonis, Phœnices coluerunt, interiora per Cata-
bathmum Cananæi à Iosua fugati ingressi sunt.

XXIII.

Si quæras, quâ in Americam pervenerint, Respondeo, ita ut
Hispani qui ante centum annos illam detexerunt. Qui in terram
Australē? Respondeo è Brasiliâ per mare Magellanicum. qui
in Peru & Brasiliâ, respondeo ex Hispania nova per Isthmū Da-
rienū. in quam Hispaniâ per mare Anianum è China potuerunt
venire, ut Vandali in Africam Saraceni in Hispaniam, Itali in Sue-
tiā. Navium enim cognitio. inde à diluvio ab arcâ inter homi-
nes fuit.

XXIV.

Denique primorum & antiquissimorum populorum origi-
nes & autores apud Mosen exstant, antequam ipsæ gentes & po-
puli uspiam in rerum natura essent.

XXV.

Qui obijciunt diluvij & conflagrationibus multis vicibus
terræ incolas cum omnium rerum cognitione fuisse obrutos, &
sic re-

fic renovatione factâ mundum vel æternum, vel saltem antiquissimum esse. Concedant oportet illa vel universalia vel particula-
ria fuisse. Non hoc, quia qui evaserunt ejus facti nullum monu-
mentum vel historiam exhibent. Si illud, vel nemo evasit, & ita
homines denuo creati essent. Ergo & ante potuerunt creari. Si
quidam, ut credimus, velut illis de diluvio credimus, credamus
& de illis, quæ ante diluvium contigerunt.

X X VI.

Rursum talia diluvia facta sunt, vel casu, vel consilio, si il-
lud certe & casu omnes potuissent perire. Vnde ergo essemus?
si autem hoc, certe Dei consilio. Qui si destruere potest, potest
& exstruere, & haud dubiè exstruxit.

X X VII.

Quod obijcit Averroes absurdum esse Deum tamdiu quie-
visse, ignorare se æternitatem prodit, cum apud Deum nihil sit
diuturnum, utpote apud quem omnia ab æterno præsentia in fi-
xo æternitatis puncto, quæ ratione rerum ipsarum etiâ sunt præ-
terita & futura.

X X VIII.

Sic & Elementa de vitâ, stirpes de sensu, bruta de ratione
si possent, & rectius haud dubiè loquerentur, utpote finita de-
finitis, & quodque alterum sibi simile arbitraretur: ut homo
in tempore, de infinito Deo in æternitate, qui ut Deum sibi simi-
lem fingit, ita æternitatem temporî.

X X IX.

Deinde Deo, qui tempus fecit, tempus diuturnum non est,
sed individuum punctum principij cum fine junctum, & quia
cepit, semper novum est licet vel antiquissimum sit. Cum ergo
mundus ob motum & mutationem æternus esse non potuerit, si
vel ante multa millies millena millia annorum esset conditus,
novus tamen semper esset, semperq; eadem maneret quæstio.

X X X.

Eodem jure quæri poterat, cur hic potius, quam alibi, &
cur non major, & cur non plures mundi essent conditi. Nam ra-
tio temporis, loci, motus, corporis numeri cum mundo est nata,
quibus sis subjectus esset Deus, nihil potuisset horum condere.

Prosa-

X X X I.

Profanius adhuc est cogitare, vel ante mundum Deum fuisse solum, vel sine mundo fuisse otiosum, cum ille semper omnia faciat in æterno præsentis: illique qui semper est, & omnia, & infinitus est, per locum, tempus, aut ullam rem creatam nihil queat accedere.

X X X II.

Profanissimum denique est quærere, cur Deus ita egerit, cum voluntatis Dei caussæ caussarum, ratio reddi nequeat.

X X X III.

Denique in æternitate mundi Potentia, & Sapientia Dei non potuisset cognosci, cum æquè omnia essent æterna, æquè etiam omnia divina essent. Vnde cum omnia forent necessaria nullus Sapientiæ locus relinqueretur. Nec bonitas Dei, cum si omnia æterna essent, nemo sciret unum alterius beneficio esse.

X X X IV.

Cum autem creatus sit, scimus Deum æternum esse, hominem autem in tempore Dei beneficio extitisse, Deinde sine Deo homines ne momentum quidem durare posse, Denique non indigentia aut necessitate, sed merâ bonitate ad creandum impulsum esse Deum, Cui æternum Laus & Gloria.


QVÆRITVR,

An Deus mundum ab æterno facere potuerit?
Negatur.



HW 1057.





ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne viriant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus nt, ad constellationem referunt, quâ mundum c pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ, imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo-
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-